



1663.

1. Bechmann, Joh. Volk: De juris dictione pariter
2. Bechmann, Joh. Volk: De juramento citis decisio-  
rio in specie et dicto.
3. Bechmann, Joh. Volk: De juris consulto
4. Bechmann, Joh. Volk: De natura alyce dif-  
ferentis actionum bonae fidei et stricti juris  
in jure citis
5. Beyer, Adriaan: De remissionibus.
6. Beyer, Adriaan: De confessionibus
7. Falckner, Johana Christophorum: De jure compellendi  
in delictis.
8. Falckner, Joh. Christophorum: De res debite intersta.
9. Falckner, Johana Christophorum: De commodato.
10. Fivori, Johann Kuno: De censibus
11. Mullerus, Philippus: De magistratibus minorum  
constitutione.



1663.

12. Olpian, Severus Christophorus: De jure monasterium.
13. Olpian, Severus Christophorus: De potestate  
principum circa sacra semper inviolabili
14. Schönfeld, David: De arcibus senatus aristo.  
cratici
15. Richter, Christophorus Philippus: De contumacia  
judiciali
16. Richter, Christophorus Philippus: De obstagio.
17. Richter, Christophorus Philippus: De retinenda  
possessione
18. Richter, Christophorus Philippus: De actione  
familiae eriscundae.
19. Schröter, Ernestus Fredericus: De fidelitate. disputatio,  
continens explicationem tit. IV, V, VI et VII libr. II feud.  
et quaestionum ad eos spectantium succinctam resolutionem



1663,

20. Schroter, Ernestus Fridericus: De tempore.

21<sup>a</sup> Schroterus, Ernestus Fridericus: Jura ac privilegia  
funerum. 2 Saupl.

22<sup>a</sup> Schroeter, Ernestus Fridericus: De novatione in spe.  
=  
= sic dicta.

23. Schroeter, Ernestus Fridericus: Pactum successorium  
inter amicos diversimodumque liberat.

24. Schroeterus, Ernestus Fridericus: De renuntiacionibus.

25<sup>a</sup> Schroeterus, Ernestus Fridericus: De Testamento.

26. Schroeter, Ernestus Fridericus: De notorio.

27. Stuve, Georgius Adamus: De necessaria defensione  
in specie sic dicta.

28. Stuve, Georg Adamus: De mutis et surdo.

29<sup>a</sup> Stuve, Georg Adamus: De poenitentia et voluntatis

mutacione.  
29<sup>b</sup> Stuve, Georg Adamus: De inofficioso Testamento  
et hereditatis petitione



21.

M

M

D  
JCT  
L

I

FR





1216.

~~XXVI.~~ 1663, 7

4.

DISSERTATIO INAUGURALIS  
 JURIDICA  
 DE  
**JURE COMPLI-**  
**CUM IN DELICTIS.**

7 /

*Quam*

D. T. O. M. A.

*Ex Decreto & Suffragio*

Magnifici, & Nobiliss. J.ctorum Ordinis

*In Illustri hac Salana*

(4)

PRÆSIDE

*Viro Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo, & Excellentissimo*

DN. JOHANNE CHRISTO-

PHORO Falschnern / J. U. D. & Prof. Publ.

Celeberrimo, Consiliar. Sax. Facultatis Juridicæ

& Scabinatus Assessore meritissimo.

*Dno. Patrono, & Promotore suo omni honoris cultu  
jugiter prosequendo.*

PRO LICENTIA

Summum in Utroque Jure Doctoratus gradum, ejus-  
demque Honores, Privilegia, & Insignia ritè  
capeffendi

*Publicæ Eruditorum censura submittit.*

JOHANNES JACOBUS Submann / Haynoviâ Siles.

*In Acroaterio Juridico*

Ad diem Januar. Horis ante & pomeridianis.

JEN Æ, Litteris GEORGI SENGENVVALDI

ANNO M. DC. LXIII.

*Beleg: 5  
Litteris G. Sengenvvaldi*







SERENISSIMO, ET CELSISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

BERNHARDO

Duci Saxoniae, Juliae, Cliviae ac  
Montium, Landgravio Thuringiae,  
Marchioni Misniae, Principi Comiti Henne-  
bergiae, Comiti in Marcâ & Ravenspurck  
Dynastæ in Ravenstein.

*Domino suo Clementissimo*

Hanc Dissertationem Inauguralem

*In Studiorum suorum clementissimum  
presidium & solatium*

devotissimâ, & humillimâ manu  
offert, & sacrat

AUTOR.





D. O. M. A.

**A**ntiquissimum & Rhadamanteum  
jus vocant prisci Philosophi, ut qui malè fecit  
malū ferat, h. e. malum passionis infligitur ob  
malum actionis. Malum autem infert aliquis  
vel totum, & obligationem istius damni solus in se deri-  
vat, vocaturque Principalis, vel in partem delicti, &  
sic etiam damni dati venit, propter malitiam suam no-  
tabiliorem, quæ ad damnum accessit, & Complicis no-  
mine circumfertur: Quia autem in æstimando delicto  
considerandum non tantum materiale ejus, delicti sc. læ-  
sio, damnum, & injuria, sed etiam formale, vitiositas ni-  
mirum actus atque ἀνομία, inde alia solet damni corre-  
ctio esse respectu principalis, plerumque dolo agentis,  
alia cōplicis, respectu cujus culpa, non raro etiam dolus  
notatur, prout læsio ex circumstantiis apparet. Non  
pari enim jure habēda ἀδίκηματα, quæ destinato & impro-  
bo animo fiunt, & ἀμαρτήματα quæ provideri potuerunt,  
non tamen improbo animo fiunt, & tandem ἀτυχήματα,  
quæ nec provideri potuerunt, nec improbo animo ad-  
mittuntur *Aristoteles 1. Rhet. 13.* quæ omnia maximè cir-  
ca complices frequentia sunt. Illorum E. Jura hīc in  
Dissertatione Inaugurali per transfennam tantum aspici-  
enda sisto, uberiorem hujus materiæ elegantis, & utilissi-  
mæ dilucidationem alii tempori reservaturus.

*nam quoniam hoc promissum  
non servatum.*

I.

**C**omplices dicuntur à plicâ, i. e. complicati, die gleich-  
sam an einander gefalten sind/ homines ejusdem gregis,  
Complices delicti, qui ejusdem delicti participes sunt,

A 2

die



die was mit einander gestiffet haben. Latiniùs : Gregales, Socii.  
Cicero.

## II.

Describi possunt, vel quorum culpa ad damnum datum directò facit, seu qui immediatè crimini suam causam in actu proximo dedere, scienter videl. & dolosè (cui dolo nõ æquiparatur lata culpa l. 1. C. ad L. Corn. de Sic. l. 53. pr. ff. d. Furt. l. 23. §. 2. ff. d. edilit. edict.) animo & proposito malefaciendi, quæ maleficia distinguunt l. 53. pr. ff. d. Furt. vel qui ipsi non quidem delinqunt immediatè, sed quorum malitia notabilior ad damnum accesserit, & quorum culpa ad damni dati obligationem facit, ut sunt subsidium ferentes, scientes, participantes, consulentes, mandantes, juvantes, assistentes, ratum habentes, reticentes &c. qui omnes non tam ex alieno, quàm suo puniuntur delicto, tenenturque eo demum casu, quando revera damni simul causa fuerint, illudq; vel totum, vel pro parte exortum sit. Et peccant vel faciendo, vel omittendo.

## III.

Faciendo pro Complici habetur I. delictum mandans, qui cum mandatario eadem pœnâ plectitur, & quandoq; graviori, præsertim in delictis atrocioribus, ubi mandatum per se punibile est pœnâ extraordinariâ, effectus etiam non secuto, imprimis si mandatarius alioquin delictum non erat commissurus, sin aliàs idem facturus, mitiùs mandans punitur. Hoc autem mandatum intercedit vel expressè, vel tacitè, priori modo, si verbis animi sensa per vim imperativam exprimantur, ut: Fac hoc, Jubeo Te, additis nonnunquam minis: nî feceris, gravem rem feras. &c. vel tacite. Tacitus jussus præsumitur in delicto alicujus familiæ, ubi in dubio illud consensu, & mandato domini factum creditur, maximè si ipsius interesse concernat. Sicut re ancipiti ancilla prægnans ex semine Domini præsumitur. *Decius Decis. 5.* præcipuè, cum Dominus hujus cognitionem habeat. Scrupulo enim occultæ societatis non caret, qui cum posset manifesto facinori obviare, illud tamen intermisit.

## IV. Servus



IV.

Servus autem propter mandatum istud nihilominus punitur, cum coacta voluntas in maleficiis à pænâ non excuset *arg. l. 6. §. 3. l. 12. §. 11. ff. mandati. c. non est obligatorium d. R. Jim 6.* sed si non Domini interesse versetur, & de prævio mandato non clarè constet, vel per sufficientes præsumptiones illud probari nequeat, humanius est dicere illud non intervenisse, licet offensi famulus, vel amicus offendentem occiderit *arg. l. 23. C. d. probation.* non etiam potest contra mandantem inquiri de mandato, si mandatarius utpote principalis delinquens delitescat, adeò, ut nec depositio Testium contra mandantem valeat, nisi insimul de mandatarario deponant, de que illo plenè, verè & apertè constet, non tantùm per præsumptiones & indicia. Idem quoque de auxiliante, contra quem pariter de auxilio procedi non poterit, nisi constet de principali delinquente. Excusatur quandoque mandans, si ante mandatum peractum mandatario significet, quod illud perfici nolle. *Boer. decis. 262. n. 11. C. 12.*

V.

Complicum nomine II. veniant, qui scienter delicto committendo consentiunt, ubi disting. aut enim tantummodò simplex est consensus, qui non punitur, aut verò quis consentit delicto per viam auctoritatis, & defensionis, & illum gravius puniri debere, dicit *Jul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 87. n. 4.* quàm ipsum delinquentem. Quid verò si delictum commissum ratificet, quæ ratihabitio consensui, imò mandato ut plurimum, (excipitur enim causa matrimonialis, ubi nō retrahitur *l. 13. §. 6. ff. ad L. Jul. de adult. l. 62. d. Jure dot. Nobiliss. Dn. D. Strauch diff. 2. §. 20.*) æquiparatur *Neuenhahn d. Jure viduit. pag. 201.* an puniri debeat? commodè per distinctionem res declaratur: aut delictum principaliter committitur propter delinquentis libidinem, ut est adulterium, stuprum &c. (secus si fit propter injuriam mariti ad alterius instantiam) ubi locum non habet ratihabitio, cum illud ipsum tantùm radicatum sit in vitiositate perpetrantis, aut verò solet committi ad offensionem & injuriam alterius, atest Homicidium, quod per alium rati-



haberi potest, cuius nomine si fiat, quod in dubio praesumitur,  
pœnæ subijciendus est.

## VI.

Maximè verò & propriè Complicum Titulo insigniuntur  
adjuvantes maleficos, opemque præstantes *S. II. Inst. d. Furt.*  
auxilium autem fertur vel verbis, vel factis, & vel ante ma-  
leficium commissum, vel in ipso actu & tempore, vel post pa-  
tratum scelus: Verbis opem fert ille, ex cuius præsentia in-  
sultatus redditur timidior, sive vim inferat ipse, sive non.  
dummodò auxiliandi animo se adjunxerit: Utputa acclaman-  
do contra insultatum, aggressorem incitando, & animando,  
aut quid simile efficiendo, quo magis sanguine humano e-  
brius incenditur, & ad occisionem cæco impetu impellitur.  
Item qui verba dat occidendo, donec occisor advenerit, &  
quibus denique aliquis machinas ad struendam alteri perni-  
ciam moliri possit: Sic in adulterio ejusdem supplicii vindi-  
ctæ supponitur, qui dictis ad fallendum compositis maritum  
extra suos penates vocat, perducitque, & tamdiu fucato ver-  
borum malagmate detinet, donec complices ad uxorem in-  
gressi cum illâ carnalis copulæ astus restinxerint. *Sfortz.*  
*Oddo Conf. 15. n. 1.*

## VII.

Factis variè adjumento aliis sunt. Regula tamen hæc  
generalis notanda, quod præstans auxilium in delicto ejusdè  
pœnæ reus fiat, cuius ipse Principalis, quando eum auxilio  
dedit causam maleficio, i.e. sua manu auxilium cooperativum  
præstitit sc. in actu proximo, secus si in remoto, ubi mitiùs  
in eum animadvertitur, qui ad actum proximum, & immedia-  
tum non pervenit. *Carpzov. pr. crimin. part. 1. q. 16. num. 36.*  
ubi emens venenum, sed non propinans, vel ab altero impe-  
ditus, vel ipse pœnitentiâ ductus extra ordinem pro arbitrio  
Judicis, & ratione attentati vel relegatione, vel carcere, vel  
etiam multâ pecuniariâ plectitur, nisi subsit & penes hunc  
singularis dolus, qui in genere in delictis corrigendis sufficit  
*Carpz. d. tract. p. 1. q. 1. n. 30. arg. l. 15. ff. ad L. Corn. d. sic & ibi Gothofr.*  
*in not. l. 11. §. 3. ff. d. Injur. l. 5. C. d. accusation. in quibus repe-*  
ritur



ritur, nihil interesse, utrum quis ipse occidat, an dolose oc-  
casione, & causam mortis præbeat, qui dolus ex proposi-  
to, & præcedenti tractatu profiliens tantum facit, ut & si  
plures (quid autem si multorum strages ob id instituat? vix  
hoc dicerem.) fuerint complices, omnes eadem ordinariâ  
pænâ puniantur *l. 25. §. 9. ff. d. Furtis*, indistinctè seu unicum  
seu plura fuerint v. c. in homicidio vulnera, sive unicum, si-  
ve omnia fuerint lethalia, & sive unus, sive plures vulnera-  
verint, dummodò omnibus occidendi animus adfuerit, si ve-  
rò tantum verberare sibi præsumferant, unusquisque tene-  
tur de eo, quod fecit, non de homicidio per alium commis-  
so. Et de ista voluntate omnium, non unius tantum, Judici  
certò constare debet, non præsumtivè, vel per suspicionem, ni-  
si illa fuerit prægnans, quo casu ad torturam rapi potest, con-  
tra quem illa militat, si e.g. gladius ejus cruentus apparuerit,  
si solus rixæ armatus stricto ense se immiscuerit, & minis ho-  
stilibus ad stantium turbæ fidem internecionis fecerit &c. An  
verò omnes in domo aliqua homicidii commissi, occidenti  
non certo, torqueri possint, ut interfectorem sistant, quæritur?  
Affirmant alii, alii ex familiâ volunt tormentis subjici eum,  
qui malæ famæ, & ejusdem delicti genere nobilitatus sit.

### VIII.

Auxilium cooperativum diversis modis fit, 1. cum quis  
furioso gladium dederit, quo se, aut aliam certam personam  
occideret. 2. quando unus detinet, ut alter detentum inte-  
rimere possit. 3. cum quis alio modo manibus, capillis tenen-  
do, vel corpore auxilium immediatè & proximè in delicto  
præstiterit. 4. quando consilium directò tendens ad speciei  
alicujus injuriam, præceptum, & suggestionem ad maleficium  
suscipiendum alicui accommodaverit, ipsumque delictum sta-  
tim propter hæc adminicula secutum sit. Aliàs si ex inter-  
vallo, non punitur, nisi crimen sit atrox, quod intentatum  
quoque coercetur, effectus licet exulet, de quo infra. Et hæc  
de ope ante delictum commissum.

### IX.

In ipso actu & tempore opem fert assistens malefactori,  
ut



ut commodius faciat, & punitur, si particeps fraudis sit, quod præsumitur, si modò armatus adstet, licet nihil faciat. *Anton. Corsetus in suis singular. Lit. A. v. Auxilium.* Simpliciter verò adstans opem ferre non dicitur, nisi sit conscius, vel sceleris particeps.

Adjumentum etiam in tempore commissi sceleris adferunt, qui sicariorum sarcinas custodiunt, dum illos ad sanguinem humanum fundendum scelesti pedes ferunt. *c. 6. §. hi quoque X. de Homicid.* si nimirum sciant, Homicidium instans, & committendum, non si ignorent, ubi mitius puniuntur *arg. §. 10. Inst. de Furt.* ignorantia enim facti excusat à delicto *l. 18. C. ad L. Jul. d. adult.* indè regula: tolle voluntatem, & erit omnis actus indifferens.

#### X.

Post maleficium commissum coadjutor audit, qui criminoso evadendi occasionem suppeditat per fugam: Quicumque enim graviorum delictorum patrociniis se ausi fuerint immittere, similem cum delinquente pœnam & ipsi sustineant, cum idem sit, aliquem delinquere, & eum, qui talia peccavit, velle de manu legis eripere: sic miles reum de custodia eximens capite plectitur. *Perez ad Tit. C. d. Fals. mon. n. 8. infra.* non per viam Justitiæ, uti faciunt Advocati, vel misericordie, succurrens reo ad evadendum pro ipso Principi supplicando, qui non puniuntur; Excipe casum *l. 5. §. 2. C. ad L. Jul. Maj.* ubi supplicans Principi pro reo criminis læsæ majestatis perpetuâ notatur infamiâ. Et hic post maleficium commissum opem ferens non simili pœnâ, quâ principalis, afficiendus videtur, cum non tulerit opem ad delictum operandum, sed ad evadendum, specialem ergò meretur pœnam, quia propriè auxiliator non est. *Placa de delict. lib. 1. c. 16.* Sic in *L. 4. ff. ad L. Jul. d. vi priv.* qui coadunatis hominibus facit, quo minus quis producat in Judicium, tenetur de vi privatâ, & condemnatum in Judicio reum, & propter hoc in vincula conjectum emittens, incidit in crimen læsæ majestatis *l. 4. ff. ad L. Jul. Maj.*

#### XI.

Post delictum quoque factum peccant Maleficum recipientes, & occultantes, ipsique alimenta præstantes, quod si  
simpli-



113  
simpliciter ipsi præstentur, suppeditans non punitur, sed ea ipsi post condemnationem debentur, si dolose delinquenti mutuo pecunia data, aut alimenta surrogata, de auxilio quis tenetur. *Reiger in Thesaur. pract. voc. delictum n. 56.* Receptans maximam suspicionem sceleris in se derivat, nisi cognatus vel affinis sit, qui recipitur *l. 2 ff. d. Receptor. ubi recipientes vel veniam merentur, vel saltem leviori pænâ coërcentur.* *Job. Zanger in tract. de question. & tort. c. 2. n. 131.* si enim sanguinem suum quomodocunque redimere licet, utique & vitam suorum Cognatorum, & Affinium. In totum ergò non excusantur, sed multa pecuniaria ipsis imponitur. *Wesemb. paratit. ff. d. Receptor. n. 2.* prorsus quoque parentes & liberi excusandi videntur propter mutuum amoris æstum; si tamen indicium aliquod exoriatur contra sanguine conjunctos per receptionem, Judex suo arbitrio æstimabit, quomodo procedendum, partem fortean surreptorum cum acceperint, aut scelerum societatem contraxerint *l. 10. C. ad L. Fab. d. Plag. l. 39. §. 4. ad. L. Jul. d. adult.* ubi mulier ob Latronum societatem exilio mulctatur. An autem ille teneatur, qui privatorum delictorum reos occultat, quaritur? *Affirm. videtur rubr. C. d. his qui latron. vel alios crim. reos occul. & l. ult. §. ult. ff. d. abig.* *Wesemb. tamen contrarium Judicatum esse refert in parat. d. recept. in fin.* *Wissenb. disp. ad Pand. 31. d. 23.* aliàs idem ferme luunt receptatores, quod delinquentes per *l. 1. ff. d. receptor. eo quod naturâ idem sit probare, & facere Godofr. in not. ad d. l. Quintilian. declam. 225.* proximum existimat transfugis eum, à quo recipiuntur, cum sublatis susceptoribus cupido grassantium conquiescat. *Hinc Hieronimus: Non Fur solum, sed ille reus tenetur, qui furti conscius, quærente possessore non indicat, & non tantum perjuri, sed criminis tenentur, qui consciis cum sint, celant perjuriam.*

## XII.

Maxima ergò præsumptio oritur contra scienter receptantem malefactorem sibi non conjunctum, quod mandaverit, aut aliter correus fuerit. Graves etiam sapius dedere pœnas

B

recep-



receptatores. Zonaras misit ad Chosroën postulatum, ut dederetur sibi regni affector, qui Domino contraria cepisset arma, neve in semetipsum perniciosum exemplum statueret Chosroës. Sic Israëlita à Benjaminitis postulabant, ut dederent facinorosos, quo negato, Tribus fermè tota deleta. Philistæi ab Hebræis, ut Samsonem quasi maleficum sibi dederent. Lacedæmonii Messeniis bellum intulerunt, quod Interfectorem quendam Lacedæmoniorum non dederent, & alio tempore ob non deditos eos, qui missis ad sacrum virginibus vim intulerant. Ab Hernicis agri sui depopulatores tradi sibi postularunt Romani, & à Pænis Amilcarem, non illum nobilem Ducem, sed alium Gallos concitantem.

### XIII.

Complices merentur etiam dici, qui de crimine participant, & lucrum inde quærunt. Qui cum fure partitur, dicitur in *cap. 4. X. d. Furt.* occidere animam suam, ut non fur solum, sed ille quoque reus teneatur, qui ipsum non indicat propter lucrum. *B. Magnif. Ungepaner Decret. Tit. d. Furt. n. 6.* ita pena imposta statuto ludentibus comprehendit etiam participes in ludo. *Prosp. Farinac. pr. Crim. part. 3. q. 109. n. 37.* & cuedens monetam adulterinam, item scienter accipiens & participans pœnâ capitis puniuntur. *Lud. Carer. p. 464. n. 25.*

### XIV.

Non postremi Complicum sunt, in atrocioribus præsertim delictis indistinctè, qui consilia dant, pari pœnâ puniendi. *Bald. in l. 1. C. d. serv. fugitiv. §. 11. Inst. d. Furt.* & non minus tenentur, quam qui manu rem effecerunt. *ἢ ἄν περὶ πρᾶξιν μὴ βουλευσάμενοι;* non sine consilio res facta fuisset. *Aristot. d. Poeticâ c. 17.* & quid interest inter suasorem facti & probatorem. *Cic. in Philip. secund.* Dat autem consilium quis vel simplici adhortatione, & si delictum fuerit secutum, non nisi leviori pœnæ erit locus *l. 36. pr. d. Furt.* vel quis persuadet impellit atque instruit, & subministrat modum, & occasionem ad delinquendum per *l. 30. §. 3. ff. d. Furt.*  
quo



quo casu, ut pœna aliqua locum habeat, disting. est aut enim ille, cui consilium datum, non erat aliàs delictum ipsum commissurus, & tunc consulens pari pœnâ cum delinquente punitur, aut verò nihilominus ille delictum erat patraturus, & mitior locum habet. *Boër. decis. 262. n. 2.* idem de ad hortante verum, nisi mandatum præcesserit. Potest Consulens quandoque pœnam mali consilii evitare, cum illud nondum ad impletum revocat, & dissuadet, ne id fiat, vel ei notificet, contra quem dirigitur, ut sibi caveat. dum tamen persona non nominetur, ad evitandum scandalum.

XV.

Non minus tenentur ut complices illi, qui, cum ex Jure proprio vetare possint, & debeant, non tamen vetant, vel delictû, ne fiat, prohibent. Quisquis enim patitur peccare peccatorem, is vires subministrat audaciæ. *Arnobius*, & qui desinit obviare, cum potest, consentit. *Augustinus* non ergò caret indicio societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit occurrere *c. 6. §. illi etiam x. d. Homicid.*, & qui alios, cum potest, ab errore nō revocat, seipsum errare demonstrat *c. 2. X. d. Hæret.* quo intendit, *Cicero in Pison:* neque vero multum interest, improbis concionibus rempubl. vexet, an alios vexare patiat, sic qui ægrotum sanari vetat, tenetur quasi vulnerasset *Chrysostomus 2. ad Cor. 7.* & Judex videns delinquentem, & non impediens, tenetur. *Boër. decis. 83.* Quæritur jam an quis alicujus delicto obviare teneatur, & malefactorem indicare? Intendo autem Extraneum, non eos, qui in alicujus potestate sunt, quos omninò, si potest, à delicto avocare tenetur, qui in suâ manu habet. Et Jure quidem civili negant, quod nemo teneatur obviare alterius maleficio, vel delinquentem indicare, neque alium insultatum defendere, vel prohibere, quin offendatur, licet id facere possit. De Jure verò Canonico ipsum affirmant. Verùm si sine periculo suo fieri posset, largior, aliàs in diversam sententiam ab eo, adeò ut ne in conscientia quidem quis obligetur ad emendationem damni alterius, cum nemo teneatur sibi injuriam aliis gratificando inferre, & illud dicamus facere posse, quod com-

B 2                      modè,



modè , & sine periculo , vel in commodo nostro cùm vitæ,  
tùm sanitatis expeditur *Coler. Conf. 7. n. 13.* & licet vel res si-  
ne ipsius periculo effici possit. Nisi cum scientiâ concurrat  
consensus, non simplex, qui à pænâ immunis, sed conjunctus  
approbationi, authoritati, & defensioni, & tunc quin pænâ  
mereatur nullus hareo: sic gravis pænâ expectat Episcopum  
loci, qui dissimulat, & non prohibet Concionatorem in sua  
Diœcesi falsa dogmata prædicantem, & Dominum civitatis,  
vel villæ, qui latrones spoliantes, & occidentes homines, cum,  
possit, non persequitur. *Jul. Clar. lib. 5. sent. 9. fin. q. 87.*

#### XVI.

Non impunè quoque ferunt, qui scelus commissum lau-  
dant, assentantur delinquenti quasi re benè gesta, & excusant:  
Nam si quis reorum causis apertè faveat, & nescio magistratu  
pretio interveniente, pro liberatione eorum paciscitur, & pre-  
tium sibi vel numerari sinat, vel pro eo fide jubeat, facit illud  
indicium auxilii præstiti, ex quo Judex tutò ad tormenta de-  
venire possit. *Ordin. Crim. Carol. art. 40. §. wann einer gefan-  
gene &c.* Aliàs nuda approbatio pænâ vix meretur: eo modo  
enim apud Theologos æstimatur pro delicto solùm neglectus  
propulsandæ injuriæ, quæ aliis fit. Leges autem id minimè  
vindican, aliàs nullus esset litium finis. Quare neque consili-  
um malefaciendi secundum ll. habetur in maleficio, nisi acces-  
serit nocumentum, Exceptis paucis casibus: nempè propter  
solicitationem servi, ut Domino furtum faciat, *l. 1. l. 3. ff. d.  
Calumniator.*

#### XVII.

Quibus succedunt illi, qui opem ferre tenentur injuri-  
ampatienti, non tamen ferunt, peccantes in omittendo, quos  
etiam suæ pænâ manent; plus tamen puniuntur committen-  
tes, quàm omittentes *Vivius decis. 303. lib. 2.* quod fallit in Ju-  
dice, gravius delinquente in omittendo. *Item decis. 365,  
l. 2.* quando itaque quis se spectatorem alicujus congressus  
fuisse docet, talis licet non ut homicida, tamen ut instigator  
conveniri potest, auxilium denegans miserè depereundo, li-  
cet ipse non cooperativum auxilium præstet, habito sc. con-  
silio



filio cum autore cædis, tamen si homicidio adfuerit cum en-  
se sive evaginato, sive non, dicitur auxilium mediatum præ-  
stitisse, nullum quanquam fecerit ictum, cum ex tali assisten-  
tiâ offendens reddatur audacior, & offensus timidior, præ-  
sertim si juxta homicidam, vel interfectum stet. *Coler. conf.*  
7. n. 39. 40. & seqq. XVIII.

Tandem complices sunt, qui factum reticent, quod ta-  
men notum facere ex Jure aliquo tenebantur. Aliàs con-  
sciis, qui absque ulla partitione sciunt delictum, ejusque nu-  
dam notitiam habet, non autem facultatem prohibendi, regu-  
lariter pænâ aliquâ non tenetur: cû nemo teneatur delictû al-  
terius revelare. *Petr. Theodor. in coll. crimin. Disp. 3. Th 15. l. t. C.*  
sunt enim actus merè interni, ex quibus Jus aut obligatio in-  
ter homines non nascitur, & per conf. neque puniri possunt,  
ut cogitationis pænâ nemo dicatur luere; si verò isti actus  
interni in externos influant. h. e. si deindè approbet delictum  
simul participij s delicti. *l. 16. pr. ff. d. penis.* tunc in æstimatio-  
nem veniunt, ratione istorum actuum externorum, ex qui-  
bus meriti sui qualitates accipiunt, statuiturque pænâ arbi-  
traria pro criminis qualitate, & circumstantiarum varietate,  
ita tamè, ut qui sciverit, deindè auxilium præbuerit, sceleris sci-  
society contractâ non minus puniatur quàm Principalis *l. 1.*  
*§. 2. ff. d. receptator. l. 3. §. 12. ff. ad Scl. Silan. l. 9. C. ad L. Jul.*  
*d. vi VVissenb. Disp. ad P. 31. d. 23.*

XIX.

Sic qui hominem non quidem interficit, sepulturam ta-  
men ejus procurat, & factum deindè celat, fustigatione pu-  
nitur. *Carpzov. pr. Crim. p. 3. q. 134. n. 62.* accuratè ergò Ju-  
dex advertat, an rei scientia cum voluntate, & consilio coin-  
cidat, ut semper teneantur, qui sciunt, & prohibere possunt, il-  
lud tamen minimè faciunt. Aliud si in eorum facultate non  
sit arg. *l. pen. C. d. Furt.* Tenentur igitur parentes ex deli-  
ctis filiorum, quibus indulgere sciunt, illis tamen paterno suo  
imperio obicem minus ponunt. Exemplo est in sacris Eli sa-  
cerdos Israëitarum. In sociis criminis læsæ majestatis sin-  
gulare est, ut teneantur non revelando, *l. 1. pr. C. ad L. Jul.*



*maj. he, si sciverint tractatum proditionis contra principem vel patriam, illum quoniam patefaciant. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 87. Bartol. in l. 6. ff. d. parricid. cujus animam ob id in inferno cruciari dicit Baldus, deplorantem memoriam Domini Donati de Barbadotis, qui propter solam scientiam fuit decapitatus. Rectè verò statuit Bartolus ob publicam Principis & Reipubl. utilitatem: uxor tamen sciens maritum suum velle committere crimen læsæ Majestatis non tenetur denunciare, sed dissuadere, & retrahere, ne maritus illud perpetraret. Sed uxor sciens futurum homicidium in personam mariti, & non revelans, eâdem pænâ plectitur, quâ interfector. Boër. decis. 262. n. 9. parentes etiam à pænâ capitis excusantur, quando non revelarunt tractatum aut defectum filii. Mitius ergò ratione sanguinis puniuntur Ozasus Decis. 80.*

XX.

Parochiani, qui ex Statutorum, dispositionibus coguntur denunciare delicta commissa in eorum parochiis si veras probationes aperiendo reticeant, tanquam prævaricatores, & complices puniendi sunt pænâ extraordinariâ, ut & Barbitionsores vulneratorum & vulnerantium nomina ab ipsis non ignorata vigore Juramenti præstiti Curix vel Senatui Academico tenentur referre, & revelare sub certâ pænâ. maxime si scienter, & dolosè illa in totum, vel pro parte reticeant, & multò magis si pecuniâ corrupti.

XXI.

Non otiosa quæstio est hæc: Si quis in confessione crimen revelet, v. c. se velle personam certam occidere, an sacerdos illud reticere, an revelare debeat? Et in genere quidem secreta à Confessionario occultanda, ita ut sacerdos ne à Papâ cogi possit ad confessionem suam aperiendam. In casu tamen proposito poterit Sacerdos illi manifestare, ut caveat, non tamen nominando personam.

XXII.

Alio quæstio est: an complices criminis de socio interrogari possint? Et Resp. quod reus non possit de congregalibus suis interrogari, *l. fin. in fin. C. d. accusat. l. 16. §. 1. ff. d. quæstion. c. 10.*



an. e. t. X. d. confess. interrogatus etiam in casu, in quo de jure  
interrogari non debebat, aliquem nominans & inculpans, non  
facit indicium ad Torturam contra nominatum Boër. decis.  
319. n. 1. ut confessio illius, qui cum aliquâ adulterium commi-  
sit, non probet adulterium, etiam si sit facta per modum testi-  
ficationis, quia socius criminis probans est, in genere autem  
depositio complicitis non fit admittenda contra aliquem, nec  
si in Testem fuerit receptus ei credatur l. 11. C. d. Testib. ratio-  
nem dat Gothofr. in not. ad l. 16. d. question. ne quis alienam sa-  
lutem in dubium deducat, qui de sua desperavit. Cùm expe-  
rientiâ compertum sit nominari sæpè infantes. Et licet mori-  
bundus nudè nominaverit, non valet, cum illa sola ad torquē-  
dum non sufficiat per l. 6. C. d. probation. l. 8. §. 1. C. d. question. l. 3.  
§. 1. ff. ad Sct. Sillan. Moller 2. semestr. 18. Gomez 3. resolut. 13.  
num. 16. quamvis nominatus homo malæ famæ sit, quia  
juxta Menoch. d. arbitr. quest. lib. 2. cent. 5. casu 474. n. 48. et si  
quis sit infamis Judæus, & legibus odiosus, tamen convinci de-  
bet per testes idoneos. Nulli ergò de se confessio adversus  
alium in eodem crimine est credendum. Infamis namque  
fidem non facit, qualis reus confessus, & convictus est. Wif-  
senb. ad pavb. disp. 37. th. 10. distingvit inter reum de se ultrò  
confessum, & eum qui convictus non confessus est. Ultrò  
confessum non interrogandam dicit de complicitibus: quia ti-  
mendum, ne tam facilè alios oneret, quàm facilè de se confes-  
sus est. Convictum verò in conscios interrogari posse, quia  
credendum non facilè innocentes oneraturum, qui ne nocens  
quidem confiteri voluit. Alii distingvunt aliter, quod aut  
crimen tantum privatam intendat utilitatem primariò, non  
offensam, vel odium alterius, ut homicidium, ad quod perfici-  
endum unus quoque sufficeret, & non posse aliquem de  
complicitibus interrogari dicunt, aut publicam, vel aliorum  
concernat odium, & offensam, ad quod plures requirerentur,  
& de Complicitibus aliquem interrogari debere dicunt. Sic in  
crimine læsæ Majestatis tam divinæ, quàm humanæ deponere  
cogunt super complices, quod & locum habere dicit Colerus  
consil. 33. n. 2. in scortatione, & adulterio: cum non principali-  
ter

Speid. p. 1099. b.

Excusatio erga complices  
in dicitur e immo centio.  
Speid. t. c.



ter in alterius offensam, vel injuriam committantur, sed magis quæstus gratia, vel explendæ libidinis causa. Et quod tales adulteræ cum puellis & Juvenculis scortationi indulgentibus soleant tanquam sui similibus conversari, quo casu dictum complicitis facit indicium ad torturam contra socium.

XXIII.

Hodiè rei de se confessi de consuetudine generali semper interrogantur etiam de Complicibus Mascard. *d. probat. lib. 3. concl. 1311. n. 51.* ut sæpiùs differatur executio pænæ ob necessitatem indagandi complices delicti *l. 29. ff. d. pænis in criminibus sc. à pluribus commissis*, ob evidentiorē, & faciliorem illius probationem, donec alterius fugitivæ personæ copia haberi possit, & ambæ simul confrontari queant. præsertim in delictis occultis, & difficilis probationis, ut in Furto, quo socii criminis dictum facit torturæ obnoxios complices. Sicut & adulterinam monetam exercentes *l. 1. C. d. Fals. mon* per tormenta de correis quæri possunt, ut fateantur, & Complices simul prodant. Perezad *h. Tit. n. 8.* Si verò inquisitus crimen fateri nolit, cum Complice suo confrontetur, quò veritas ex mutuâ colloctione, variatione aliisque signis faciliùs eruatur, quæ confrontatio sine sufficientibus indiciis non est adhibenda, si actionem injuriarum efugere vult Judex, quod ad solam inculpationem virum honestum cum inquisito confrontari faciat. Ne quoque colludant invicem de veritate occultandâ, segregandi sunt complices, & in distinctis carceribus detinendi. *Ord. Crimin. Carol. art. 11.* cujuscunque sexus sint, ne de confictis confessionibus edendis clam conspirent, aut de supprimendo crimine deliberent.

Et tantum de generalibus, quæ circa complices observanda veniunt.

XXIV.

Jam ad specialia delictorum genera, quæ quidem frequentiora sunt, secessum facio, quantum fieri potest ex illis cogniturus, quæ complices jura obtineant, & frontispicium assigno crimini Furti ob, innatam *Φιλαργυρίαν* hominibus valdè



valde usitatum. Quicumque igitur deliberatò atque dolo-  
sè in ipso actu furandi opem & auxilium per actum proxi-  
mum ( non verò remotum & mediatum, ubi mitior pœna lo-  
cum habet. ) furi præbet, ac per hoc causam dat Furto imme-  
diatam, ministerium fortean ad res surripiendas præbendo,  
manu sua fraudulenter & dolosè Furi scalas ( non si inscio ip-  
so ) vel ferramenta ad effringendum præbendo, vel ipse osti-  
um effringendo, item consilium cum auxilio dando i. e. im-  
pellendo, instruendo ad furtum faciendum *l. 50. §. 3. d. Furo-  
tis* ( consilium enim nudum sine ope extra ordinem, non or-  
dinariè, punitur *§. 11. Inst. d. Furt. vid l. 53. §. fin. d. V. S.* ) res à  
fure contrectatas recipiendo, & abscondendo animo lucrifa-  
ciendi ( secus si nihil inde sperant, quoniam furtum absque  
animo lucrandi non committitur *§. 1. Inst. d. Furt.* ) pœnâ  
suspendii plectendus est. *Schneidw. ad d. §. 11. Inst. d. Furt.  
Mascard. d. probat. vol. 1. concl. 159. n. 26. l. 54. §. 4. ff. d. Furt.  
Landrecht art. 13. lib. 2. Verb: Wer Diebe hauffet / oder hõlet /  
oder einen mit Hülffe darzu stärcket / wird er des überwunden /  
man soll über ihn richten / als über jenen / der es selbst gebraucht hat*  
quæ omnia tamen conjunctim intelligi debent. Nudi enim  
aliàs receptatores furum arbitrariâ pœnâ, relegatione in  
perpetuum &c. mulctantur. Ut & dolosi, & scientes ( igno-  
rantes nullam pœnam merentur, quam ignorantiam militan-  
tibus contra eos indiciis juramento obtinere debent *Gail,  
lib. 2. observ. 48. n. 23. & seqq.* )

XXV,

Rerum ablatarum Emtores pœnâ arbitrariâ carceris,  
relegationis, vel mulctâ puniuntur, & præter illam mulctam  
tenentur Domino rem ablatam restituere extantem. Si b. f.  
Emtor fuerit, ob consumtam tenetur in id, in quo factus est  
locupletior. Malæ fid. v. Emtor, sive extet, sive consumta fue-  
rit, simpliciter ad æstimationem tenetur *arg. l. 14. C. d. Furtis.*  
ejus sc. temporis, quo res unquam fuerit plurimi. sc. à tempo-  
re furti commissi ad rei judicandæ tempus, quia ab eo tem-  
pore fur in perpetuâ morâ est *l. 8. §. 1. l. ult. ff. d. Condiç. Furt.  
Bachovius d. action. disp. 4. §. 20. & in not. ad Wesenb. d. Con-  
diç. Furt. n. 3. Magnif. D. Struv. Ex. 18. th. 56.*

C

Et



## XXVI.

Et hæc obtinent, licet plures complices simul Furtum committant, ubi omnes suspendendos esse Juris est expedi-  
 til. 7. §. fin. l. seq. d. Jurisdic. Constit. Elect. 32. p. 4. sive pater  
 & filius, sive maritus & uxor simul quid contrectaverint. Quæ  
 tamen pœna filet, quando factâ divisione æquali rei furtivæ  
 cujusque portio ad valorem quinque Ducatorum non ascen-  
 dat, in furto nempe simplici; Aliud quando illud fit à pluribus  
 cum effractione ædium violentâ, & seditiosâ, quo casu om-  
 nes & singuli suspendendi sunt, etiamsi factâ divisione por-  
 tio unius cujusque quinque solidos non excedat. *Constit.*  
*Elect. 32. p. 4. §. und wo ihr viel.* *Ordin. Crim. Carol. art.*  
*159. Carpzov. pr. Crimin. q. 78. n. 34. Dan. Moller. ad Constit. Elect.*  
*32. n. 15. p. 4. Matth. Berlich. p. 5. concl. 48. n. 121.* Quid si plu-  
 res fuerint complices, unus verò tantùm deprehensus, ejus-  
 què portio Domino restituta? pœna mitiganda est, & fur de-  
 prehensus virgis cæsus in perpetuum relegandus est. *Carp-*  
*zov. part. 2. q. 80. num. 30.* ideò quod in pœnâ furti dictandâ  
 maximopere attendendum damnum per furtum factum, nec  
 non luerum ex furto acquisitum, juxta *Sanctionem Carolinam*  
*art. 160.*

## XXVII.

Hæc de iis, quæ accidunt circa furtum committendum.  
 Isto verò perfecto opem præstans ad fugam, viam monstnan-  
 do, quâ prosequentes fallat, vel occultans furem, ne depre-  
 hendatur, resque furtivas vendat &c. ut auxilians, licet sciens,  
 non punitur, sed extraordinariè fustigatione coërcetur, ut &  
 ille, qui furi modum, & occasionem furandi notam facit, lo-  
 eumque ostendit commodè intrandi, licet aliquid inde lu-  
 eratus fuerit, non patibulo annectitur, sed arbitrariæ pœnæ  
 subditur per *Constit. Elect. 40. p. 4. ibi: Die jenigen so mit Runds-*  
*schaffen oder Anweisung zum Diebstahl geholffen/ sollen mit Stra-*  
*penschlägen außser Lande verwiesen werden.* Qui verò sociis fur-  
 tum committentibus in excubiis sunt, & delicto consummato  
 ex rebus tantùm participant, quantum ad pœnam mortis di-  
 ctandam sufficit, puta ultra quinque Ducatos Ungaricos non  
 minus



minus ac socii laqueo suspendi debent, etsi manum non admo-  
veant, *Constit. Elect. 34. p. 4.* aliud si commisso furto tantum de  
rebus ablatis participaverint, vel consumserint, ubi in perpe-  
tuum solum relegantur.

XXIX.

Furto affine est, licet atrocitate superet. 1. Sacrilegium, *Speid. v. Sacrilegij. p. 1099. seq.*  
quando sacra, vel res DEO dicatae spoliantur, & auferuntur.  
Hujus si plures fuerint Complices, omnes rotam contundi de-  
bent, cum tot debeantur, poenae, quot delicta commissa, hocq;  
praeter aliis gravissimum sit. *Ordin. Crim. Carol. art. 174.* si videlicet  
omnes ipsi sacrilegio, vel spolio interfuerint, nam in Excubiis  
qui sunt, beyder Kirche Wache halten / non poenam rotam sed gladii  
tantum afficiuntur, eorumq; cadavera demum rotam affigun-  
tur. *Carpz. pr. Crim. p. 2, q. 89. n. 48. & seqq.* fustigationem vero lu-  
unt, vel relegationem in perpetuum, interdum quoq; suppli-  
cium gladii, qui sacrilegio jam commisso opem & auxilium  
praebent, res sacras ablatas vendendo, aut occultando vel de-  
iisdem participando. Et ut plurimum horrendam morte pereunt  
Sacrilegi, prout Erasmus edocet in *adag. de auro Tholosano.* Pia  
est Euripidis sententia, quam refert *Hugo Grotius d. 7. B. & P. lib. 3. c. 12. n. 7.* Homo quisquis urbes vastat, & Diis manibus sedes  
sacratas, templaq;, haud recte sapit, nam similis ipsum pestis excidii  
manet. Sic Scipio captam Carthagine milites donis ornat, ex-  
ceptis, qui in Apollinis templum peccaverant, & Marcius Phi-  
lippus ad Dium cum venisset, metari sub ipso templo, ne quid  
in loco sacro violaretur, iussit.

XXIX.

2. Plagium, quod est Furtum, & suppressio hominis li-  
beri, vel servi alieni. *Wissenb. ad Paul. disp. 36. th. 20.* hodie ex L,  
Constantini l. fin. C. ad L. fab. de plagiar. gladio animadverten-  
dum, ut & in foro Saxonico, *Petr. Heig. part. 32. n. 2. & 3.* quod Ju-  
ri divino quoq; consentaneum *Wissenb. ad h. Tit. n. 4.* Et non  
tantum ipsi plagiarii, homines lucri animo auferentes, sed &  
opem auxiliumque ferentes, & vendentes ejusdem delicti sunt  
complices, gladioque mulctantur. *Heig. pr. Const. 32. n. 54. Perex  
in C. h. t. n. 6.*

C 2

3. Quando

Exemplum in Xerxe  
templum Delphicum  
vastare volente. *Juss.  
1. 2. histor. c. 12.*



## XXX.

3. Quando plures arbores furtim inciderint, quo casu omnes & singuli tenentur in solidum. Et præter æstimationem damni pœnam 30. solidorum duas sexagenas antiquas zwey alte Schock / *Jure Saxon. art. 28. lib. 2. Landrecht* solvere tenentur *Const. Elector. 37. p. 4.* nec solutio unius alium liberat *l. 6. pr. arbor. furt. casar.* cum aliàs quoque in pœnalibus omnes in solidum teneantur, & quod unus præstat alium non relevat *l. 11. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 34. ff. d. Injur. l. 15. §. 2. ff. quod vi aut. clam.* & quidem pro unaquaque arbore incisâ hi 30. solidi solvendi sunt *arg. l. 10. ff. arb. furt. cas. d. Constit. Elect. 37. part. 4. verb.* Und darzu vor ieden abgehauenen oder verderbten fruchtbaren Baum / licet semel, & unâ vice præciderint. *Colerus p. 1. decis. 145. n. 7.*

## XXXI.

4. Qui in Banno ferino bestias capiunt, atque furantur, ob furtum illud laqueo suspenduntur, seu forenses sint, five extranei, h. e. non Electoratus Saxonici subditi. Etiam ii, qui temeratoribus venationum opem & auxilium præstant, & de lucro participant, *arg. l. 5. ff. d. Furt. Sanctio Electoralis D. Aug. mense Octobr. An. 1584.* lata ita se habet: *Wir ordnen und setzen wir / aus Landes Fürstlicher Ob-igkeit / und macht hiermit / daß nun hinführo die Straffe der Willpratts Diebe / und schützen / auch deren so dieselben haussen / hegen / oder ihnen wissentlich einigerley Weise unterschleiff geben / in unsern Landen der Galgen seyn soll etc.*

## XXXII.

Sequitur Homicidium: Circa quod maximè etiam Complices propter varias circumstantias jura singularia constituta habent. Pœna homicidii ordinaria est mors, dictante ipsâ sacrâ scripturâ, quod tamen generaliter dictum restringendum est ad sanum sensum; illa enim dicta pœna locum non invenit, quando in rixâ seu tumultu plurium quis est occisus, isque qui reverâ occidit, certus fieri nequit *l. 17. ff. ad L. Corn. d. sicar.* aliud si conspiratione factâ, vel destinatâ voluntate, destinatoque animo occidendi ( qui animus, & tractatus de delicto



lictio perpetrando præcisè requiritur, ut omnes teneantur, *Decius. cons. 76. vol. 3. n. 10.* plures convenerint, & sibi mutuum auxilium alterum occidendo præstiterint: tunc enim, licet unicum saltem vulnus fuerit inflictum ab uno, vel multis, sive de authore constet, sive non, pæna ordinaria legis Cornelie locum habebit, omnesq; capite plectendi. *Ordin. Crim. Carol. art. 148. pr. ibi:* Soetliche Personen mit fürgesetzten und vereinigten Willen und Muth jemanden bößlichen zuermorden hülff/ und Beystandt thuen/dieselben Thäter alle haben das Leben verwirckt *arg. l. 15. ad L. Cornel. d. Sicar. Carpzov. p. 4. Constit. 7. defin. 6. Gail. lib. 2. observ. 109. n. 10.* si verò constet de uno mortiferum vulnus infligente in rixâ subito contingente, is tantum tenetur, qui vulnus inflixit, si verò plures vulneraverint, & de nullius primo vulnere constet, ad pænam mortis non deveniendum *arg. l. 17. ff. ad L. Cornel. d. Sicar. sed extraordinariè multatâ pecuniariâ, vel carcere, vel relegatione coercentur;* quando autem lethalia sunt vulnera, & quidem plura in cadavere occisi, singuli vulneratores, si certi sunt, plectuntur capite. *Berlich. p. 4. concl. 11. n. 33. & 34.* secus si singula lethalia non sint, licet omnia conjunctim vulnera mortis causam præbuerint, ubi pæna extraordinaria. *Menoch. l. 2. arbitr. quest. cent. 4. c. 362.*

### XXXIII.

Quid autem Juris, si mandet quis vulnerari, occidi autem veter, & tamen homo à mandatario occidatur? Resp. mandantem æquè gladio dignum, atque mandatarium. *c. ult. d. Homicid. in 6. arg. l. 38. §. 5. ff. d. pen. l. 6. C. ad L. Jul. d. vi publ. VVisenb. ad Pand. disp. 35. th. 18.* Qui enim de actu tenetur, simul teneatur de his, quæ illum ex actus vi sunt consecuta *arg. l. 27. §. 8. ff. ad L. Aquil. Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 17. n. 12.* secus, si mandet tantum alapas infligi. *Suarez in Thesaur. recept. sent. lit. M. n. 49.* sic Ariarathes Cappadocum rex, eo quod Melani amni exitum per lasciviam obstruxerat, cum ejus perumpentis impetu elatus Euphrates raptâ parte Terræ Cappadocum, & Galathis & Phrygibus damnum intulisset, permisso Romano Judicio talentis trecentis dispendium



dium sarcivit. *Hugo Grot. d. J. B. & P. lib. 2. c. 7 n. 12.* licet aliàs mandatum sit stricti juris, h. e. per idem impleri debeat, non per aliud, quàm erat id, quod mandator præscriperat, cùm mandatum eo demum casu extendere liceat, si constet, quod præscriptum erat, non præscriptum fuisse sub specialis uã formã, sed sub consideratione generali, quæ aliter quoque obtineri possit, hic autem mandans scire debuisset, istum moderari arbitrio suo mandatario non posse, neque in eius potestate esse, certo loco, certæ, & definitæ magnitudinis vulnus infligere, imò novum non sit, eadem imputare ei, qui ipse non fecerit *l. 3. §. 5. ff. d. pen. cum nihil intersit, an quis occidat, an verò mortis causam præbeat. l. 15. ad. L. Cornel. d. sicar.* si aliàs Homicidium erat facturus, illud mandans ordinariè non punitur. Præsumitur autè illud ex inimicitia capitali inter interfectum, & interfectorem, nulla autem inter interfectum, & mandantem, vel si ab interficiente præcesserint minæ, vel mandans inferior sit mandatario. *Arnold. d. Reiger in Thesaur. pract. verb. Homicid. n. 55.* contrarium sentit. *Bronch. Evær]. 2. misc. 65.* Alius casus est hic: Titius ab aliquo offensus, Cajum fratrem rogavit, ut injuriam illatam vindicaret, & ulcisceretur, Cajus illum interfecit, quæritur: an Titius tanquam mandans, teneatur. **Neg.**

XXXV.

Raptores robbatores, vel grassatores qui in stratã publicã sine interfectione furantur. *Rauberey Freybeuter Puschlöpffer* Jure Civili per *l. 28. §. 10. d. pen.* capite puniuntur, quando scilicet cum ferro homines aggressi fuerint, indistinctè omnes complices *Matth. Coler. p. 1. decis. 185.* eorumque cadavera rotã factã executione imponuntur. homines simul interficientes rotã contunduntur *Const. Elect. 5. §. 5.* Et prior pœna non tantùm persequitur Raptores, principales, sed eos quoque qui licet manus non admovent, neque res viatoribus eripuerint, in robbariam tamen consentiunt, præstando opem, & auxilium, sine quo rapina causam suam non accepisset, viatores adgrediendo, terrorem incutiendo, fugam eorum præveniendõ, ad res relinquendas cogendo, in excubiis stando, dummodò

si



fi insuper aliquid auxilii attulerint, aut ad minimum de rapinâ participaverint. *l. 1. §. 1. ff. d. receptator. Constit. Elect. 39. verb.* Und hernach von den gestohlenen Stücken so viel empfangen und participiren. Quod si Grassator mandatum Domini sui producit, & nihil de rapinâ sperat, aut participat, à poenâ mortis quidem, non tamen omni supplicio tutus est. *Anton. Gomez. d. delict. c. 3. n. 42. in fin. pr. Ord. Crim. art. 126. verb.* Ein ieder böshafftiger Räuber. Mandans autem Dominus ordinariè capite puniri debet. *Prosp. Farinac. part. 5. Oper. Crim. quest. 135. n. 6.* ipse enim videtur occidisse. Sic Lege Fabiâ in Dominum animadvertitur, quando servus ipsius, ipso sciente, alienum servum subduxit *l. 2. ff. d. Noxal. act. l. 7. qui sine manum.* à quâ tamen panâ immunes sunt Robbariam approbantes, eiq; præsentis, sine omni tamen auxilio, *Menoch. l. 2. arbitr. jur. quest. cent. 4. cas. 349. n. 10.*

### XXXV.

Gravius delictum est latrocinium, quando quis spolii seu lucri causa homines trucidat, quod lucrum præcisè spectandum, ita ut si illud absit, latrocinium dici non mereatur. Qui itaque socium criminis, ne furtum perpetratum manifestetur, vel ut raptas res solus retineat, occidit, latrocinium committit propter spem lucri, & rota percutiendus est. *Jandrecht art. 13 lib. 1. verb. alle die einen Mann &c.* Et hæc coërcitio locum habet non in latrone tantum, sed eo quoque qui auxilium præstat, larroni in excubiis est, item illo, qui in crimen istud consentit, approbat & de spolio participat, ut & qui latronem apprehendere potuit, noluit tamen *l. 1. §. 1. ff. d. recept.* si hoc fiat ex proposito, & præcedenti tractatu, item qui scientes dolo malo occultant, & pecuniâ acceptâ non apprehendunt, cum possent, receptatores sunt. *l. 1. l. 2. C. d. His qui latron, VVissemb. ad Pand. disp. 31. th. 22. Carpzov. pr. Crim. p. 1. q. 22. n. 30. 31.* Et quamvis Latro complicibus suis rem minimam de spolio dederit, v. g. de Centum surreptis unum tantum florenum, tamen pana ordinaria locum habet, quia gravius peccat, qui obspolium minimum tantum scel<sup>9</sup> patrat, imò si vel nihil acceperit, sequiori sexui, mulieribus propter societatem cum



cum latronibus contractam, quandoque relegationem tantum imponi probat. l. 39. §. 4. ff. ad L. Jul. d. adult. arg. l. 38. §. 1. ff. d. tit. Nov. 134. c. 10.

XXXVI.

Assassinium sequitur, dictum non à scindendo, quasi scindat animam à corpore, sed ab Assassinis Incolis Afiæ, seu populis Parthicis, aliàs Asacidæ dicti Paul. *Emil. lib. 5. d. reb. gest. Francor.* populo Christianis maximè infenso, & quocunque modo istos trucidanti, nihil sanctius se facere arbitrantur. Hodiè Banniti dicuntur, certâ pecuniâ conducti ad homines prosternendos, inde dictum Homicidium conductitium. Eiusdem generis sunt Malandrini, qui prope littus maris versantur, & similia facere soliti sunt, in quibus hoc singulare est, quod, licet aliàs semper constare de corpore delicti, tamen si confiteantur, se homines ignotos occidisse, & in mare abiecisse, possint ex hâc confessione damnari, etiam si aliter de corpore delicti non constet.

XXXVII.

In assassinio non tantum puniuntur Principales, sed & mandans, cujus mandatum habetur pro perfecto actu, & puniuntur ordinariè etiam effectu non secuto per mandatarium, item receptantes, defendentes, & occultantes. *cap. pro humani* 1. d. *Homicid. in 6.* Ita tamè ut assassinus pecuniam accipiens tantum contundatur, assassinator autem pecuniam præbens, tantum ordinariâ homicidii pœnâ plectatur. *Carpz. p. 4. Constit. 6. defm. 9.* Aliud si quis per assassinum patrem, filium vel Conjugem occidere mandaverit, quo casu culei pœna infligenda venit. *Jul. Clar. pr. Crim. p. ult. q. 84. n. 1.*

XXXIIX.

Perduellionis crimen est ultimum supplicium, & memoriæ rei post mortem damnatio §. 3. *Inst. d. publ. Judic.* quâ pœnâ heredes quoque perduellis, itemque proximi olim, licet criminis complices non fuerint, tenebantur, ut docet Exemplum Sejani interfecti apud *Tacit. lib. 5. annal.* Cleandri apud *Lampridium in Commodo.* quæ capitalis pœna circa liberos ex constitut. Arcadii, & Honorii l. 5. C. ad L. Jul. Maj. mutata est



est, incapacitate tamen omnis hereditatis ( quæ confiscatio bonorum parentum an pœna liberis sit, quærit *Hugo Grot. d. 7. B. & P. l. 2. c. 21. n. 10.* negans autem, eo quod bona illa liberorum futura non essent, nisi à parentibus ad ultimum Spiritum conservata *l. 3. ff. d. Interdict. & releg.* ) cum perpetuâ infamiæ maculâ omnisq, honoris privatione puniuntur tam ante, quam post crimen nati. Tenentur autē Principales, complicesque omnes, ille tamen inprimis, cujus dolo malo quis adactus est, quò adversus rempubl. aliquid molitur *l. 4. ff. ad l. Jul. Majest. i. e. cujus dolo malo conjunctio conflata, vel factio, aut foedus adversus Rempubl. initum, aut qui pretio aliquem, ut principem occidat, conducit, aut qui Exercitum auro vincit, ut oppida, castra hostibus dedant. Sola reticentia non facit quem perduellionis reum.*

XXXIX

Perduellis etiam est, qui confessum in Judicio reum, & vinculis detentum emisit *l. 4. pr. in fin. ff. h. Tit. ad l. Jul. M.* quando verò reus fraude, vel socordiâ Custodis & Commentariensis erumpit, extra ordinem puniuntur *l. 8. l. 10. l. 12. §. ult. d. Custod. reor. VVesenb. in Paratitl. ne quis eum qui in Jus vocab. vixim. & ibi Dn. Hahn. in not. VVesenb. ad Pand. disp. 31 th. 27.* si Universitas aliqua deliquisset, quæritur. an omnes de Universitate habeantur pro complicibus, & tamdiu puniendi, quam diu aliquis ex illâ supersit? Et dicendum potius, quod mortuis delinquentibus cæteri supplicio non sint subjugandi, nisi factum fuerit consilio & nomine Universitatis: Sic de Excidio Branchidarum per Alexandrum M. factò, hoc est *Curtii* Judicium, quod si in ipsos proditoris authores excogitata essent, justa ultio esse, non crudelitas videretur, nunc culpam Majorum posteris luere, qui ne viderant quidem militem, adeò Xerxi non potuerunt prodere. malè ergò faciunt rustici à militibus spoliati alios iterum insontes spoliantes ideò, quod essent priorum sodales & complices, cum tamen pœna debeat tenere suos authores *l. 22. C. d. pen. l. 26. ff. eod. & justè demum infligitur, si ipsa pœna ad paucos, metus ad omnes pervenerit,*

D

rit,



rit; *Cicero pro Cluent.* regulariter etiam mitius agendum est cum  
multitudine, si calore aliquo, aut cum impetu exorbitaverit.  
Hinc illud *Seneca lib. 2. d. ira.* ubi totus defavit Exercitus, ne-  
cessaria venia est. & duri hominis, vel potius vix hominis  
esse censet *Cicero*; periculum capitis inferre multis *l. 2. offic.*  
multò durioris erit, & equali supplicio constringere eos, qui in-  
equaliter peccarunt.

XXXX.

In crimine Diffidationis (Est minitatio hostilis, qua quis  
per literas, signum, aliudve factum inimico suo extremam vi-  
tæ, sanguinis, aut bonorum denunciat persecutionem, unde  
pax publica violatur, & toti populo, vel Universitati periculū,  
& damnum imminet) non tantum diffidatores ipsi, licet solus  
conatus ad fuerit, & res ad actum non pervenerit, sequè ni-  
hil tale facturos, inanesque modò minas fuisse testentur, pæ-  
nâ pacis publicæ tenentur, ac ipso Jure in Bannum Imperia-  
le incidunt, & si deprehendantur, ceu pacis publicæ violato-  
res gladio puniri debent. *Const. pac. publ. d. Anno 1521. R. I.*  
*d. A. 1648. §. ferner zu noch mehr Erhaltung R. I. d. Anno 1555.*  
*§. Wir setzen ordnen verb: wo sie ins Gefängnis kommen / sollen*  
*mit dem Schwerdt als Landzwinger von dem Leben zum Tode ge-*  
*richtet werden. VVehner. in pract. observ. verb. Befehder A-*  
*rum. ad A. B. c. 17. th. 16. Ordin. Crim. Carol. art. 128. 129. sed e-*  
*tiam eorum complices, receptatores, & adhærentes, prædi-*  
*ctam luunt pænam. R. I. d. Anno 1555. §. Solches alles abzu-*  
*stellen &c. Matth. Berlich. p. 4. concl. 21. n. 9. sic qui literas e-*  
*jusmodi diffidatorias, vel affixionem signorum inflammatio-*  
*nis non suo, sed alterius nomine, aut ad alterius mandatum*  
*dolosè, scienter (secus si literarum contenta ignoret l. 14. d.*  
*Sicar. quod juratò obtinere, & sic se purgare debet, quod*  
*contenta nesciverit) alicui malum minatur, eâdem pænâ ple-*  
*ctendus, quâ diffidator ipse, ut & ille, qui literas diffidatori-*  
*as aliorum nomine scriptas emittit.*

XXXXI.

Incendiariis pæna ignis infligitur, sive quis ipse incen-  
derit,



derit, sive per complices suos facere jufferit: Uterque enim mandans, & mandatarius, Conductor, & locator, huic pænæ non immeritò subduntur, cum in delictis ob mandatum nemo excusetur; Idque verum est, si reverâ ignem supposuerit, vel materiam igni concipiêdo aptam, seu res effectum consequatur, sive non; Si verò hoc se faciuros promiserint, effectum non secuto i. e. nec posuerit ignem, neque quicquam post promissionem amplius fecerit, locum tunc habet pænâ gladii. *Constit. Elect. 17. in fin. part. 4.*

### XXXII.

Venefici noxam per artes magicas inferentes pænâ gladii sunt plectendi, & cum his ii etiam, quorum jussu, & instinctu hoc malum perficitur *arg. c. 72. d. R. 7. in 6. l. 169. ff. d. R. 7.* Fœminæ amore Juvenum captæ, quos in capro sibi advehiculant, wann sie die jungen Gesellen auff dem Bocke holen lassen fustigationis pænâ sustinere debent *Coler. p. 1. decis. 180. n. 14.* hoc nimirum in Juvenum damnum non vergente, si autem damnum per vecturam ipsis infertur, gladio puniri debent. *Constit. Elect. 2. p. 2.* Magos ac sortilegos consulentes per sortes, vel inspectionem Crystalli æquè arbitrariâ pænâ, atque ipsi magi & Sortilegi, affici debent. *Matth. Berlich. p. 4. concl. 5. n. 49.*

### XXXIII.

Ad Scortationem, & Adulteria sapius faciunt plurimùm Lenones, qui propterea tanquam Complices horum delictorum certis pænis digni sunt. Quando itaque maritus Leno (Germ, Hanrey) *Gloss. ad art 13. l. 1. Landrecht n. 10.* Cornutus latinè, inde quod alii duobus digitis cornuum specie ductis virum per socordiam ad uxoris adulteria conniventem indigitant. *Wiesenh. ad Pand. disp. 30. th. 12.* conjugem suam, vel parentes (non cognati, vel sanguine conjuncti.) filias suas (filios scortari permittêtes, neq; illud impediêtes, sed potius adjuvantes arbitrariam pænâ pro ratione circumstantiarum luunt.) vel viduam turpis quæstus causa (si enim ex levitate fiat, non lucrandi animo, cessat pænâ gladii, & in il-

D 2

lus



lius locum succedit fustigatio cum relegatione perpetuâ. *Ordin. Matrim. Elect. Saxon. Anno 1624. p. 4. §. würde aber*) ad libidinem explendam alii, vel semel tantum prostituunt, aut hoc ipsum ab uxore, & filiabus perpetratum non improbant, sed scientes patiuntur, & permittunt: veluti cum maritus fingens se dormire permittat alios ad uxorem suam accedere, & postea cum adulteris transigat, pecuniamve accipiat, imò quando comperto adulterio non irascitur, *Ordin. Crim. art. 122. ultimo supplicio puniantur. Neuenhahn. latè in Tract. de Jure viduit. p. 202.* si verò effectus non fuerit secutus, sed Lenocinium tantum intentatum, extraordinaria pœna locum inveniet *l. 1. §. 2. ff. d. Extraord. criminib.* non ultimum etiam supplicium, sed fustigatio cum relegatione perpetuâ diciari debet, quando maritus sub spe lucri quidem facit, nihil autem præter spem accipit. *Carpzov. pr. Crim. p. 2. q. 71. n. 51.*

XXXIV.

Non autem hæc intelligenda sunt, quasi maritus non possit adulteræ condonare, cum in adulterio transactio hodiè impunè fieri possit. *Nov. 134. c. 10. auth. sed hodie C. ad L. Jul. d. adult.* quanquam secta nostrorum temporum hæc Jura non approbet. *Val. Riem. Illust. q. decad. 15. q. 3. quadantenus tamen sequitur, per Const. Elect. 19. p. 4. §. doch wollen wir.* Sed quando sciens volensque alteri concedit. Lenones fœminas extraneas prostituentes, itemque delicti ministri (qui nam sint vide eleganter *Gothofr. in not. ad Nov. 134. c. 10.*) jure Civ. capite plectuntur *l. 1. §. 2. d. Extraord. Crimin. l. 8. l. 29. §. 2. l. 10. §. 1. ff. ad L. Jul. d. adult.* hodie in Imperio Romano Lenones, quorum ope & operâ stupra & adulteria conciliantur & committuntur, pro delicti qualitate arbitrariè, exilio, exhibitione pro numellis, aurium mutilatione, vel fustigatione coërcentur. *Ordin. Crim. Carol. art. 123. ibi: Nach dem zum öfftern Const. Elect. 29. p. 4. §. fin. verb. wurde auch.*

XLV.

In Raptu eadem pœna (quæ est capitalis *l. un. C. d. Rapt. virgin.* si copula carnalis accesserit *B. Magnif. Ungep. ad Decret.*



cret. Tit. d. Raptor. n. 3.) imminet complicibus, auxilianti-  
bus, & comitantibus, sociisque à principio, ut in ipso actu de-  
prehensi capite puniantur, & bona publicentur, raptæque ap-  
plicentur virgini. *l. 1. C. d. Raptæ.* Ex post facto autem, non  
in ipsâ rapinâ deprehensi, associantes, & receptantes capite  
puniuntur bonis non publicatis. *Ludov. Carer. tract. crim. p. 454.*  
*n. 1.* si nimirum Complices præcedenti tractatu, & coadunamē-  
to prius consenserint, ut rapiant, non si simpliciter reperti  
sint in societate raptoris absque præcedenti tractatu *l. 2. §.*  
*4. d. vi bonor. raptor.* Jure Canon. Clerici à gradu suo de-  
jiciuntur, & Laici excommunicantur, unâ cum adiutoribus  
suis *c. eos 1. & can. d. puellis 4. C. 36. q. 2.*

XLVI.

Circa famosos libellos observandum, quod Complices  
pœnâ arbitrariâ coërceatur, ut sunt consulentes, dimittentes  
pasquillum cadere in plateâ, legentes Inventorem, & non pro-  
palantes, Inventores pasquilli, eumque non lacerantes, aut  
comburentes, sed in publicum proferentes, licet authorem  
ejus nominent, & demonstrent, si modò nondum ab alio e-  
vulgatum fuerit nomen. Ac proinde negotiator ab alio ne-  
gotiatore publicis nundinis famosum libellum emens, ite-  
rumque vendens, hâc pœnâ non tenetur.

XLVII.

Falsarii monetarum Imperatoris, aut Statuum Imperii  
(Extranei enim Regis falsificâs mitiori pœnâ, gladii forsan ple-  
dendus est) gravem pœnam merentur flammæ nimirum  
exustionem ex Constitutione Constantini Imperat. *l. 2. C. d.*  
*Fals. monet.* si monetam ratione materiæ fallam, & vitiosam  
fabricant, quæ pœna quoq; confirmata est in Imperio Rom.  
Cierm. ab Imperatore *Carol. V. Ord. Crim. art. 111. verb. Welche*  
*falsche Münze machen / Zeichen &c. die sollen nach Gewohnheit /*  
*auch Gehung der Rechte mit dem Feuer vom Leben zum Tode ge-*  
*straffet werden / & in foro Saxon. Petrus Theodor. in Coll. Crimin.*  
*disp 8. th. 6. Lit B.* in Gallia adulterantes monetam Regis in  
aquâ ferventissimâ, & ebullienti suffocantur. Hæcque ignis

D 3

pœna



pœna non solum persequitur illos, qui propriis manibus monetam ex materiâ vitiosâ cudunt, sed & qui illis auxilium, & opem præstant, stando in excubiis, ignem sufflando, vel alio modo delictum promovendo. Falsam etiam monetam scienter, & dolosè postea expendendo, quod tamen hodiè immutatum est in fustigationem cum relegatione. Item talem incarceratum solvendo *l. 1. C. d. Fals. mon.* Dominus sciens falsariis Domum suam locans, licet ipse non cuderit, punitur, *d. l. si modò minis non fuerit prohibitus*, ne crimen revelaret (quo casu excusationem meretur) & postea revelare non potuerit, cum metus cessavit. Excusantur tamen pupilli etiam Complices *d. l. 1. mulier verò maritum falsarium non indicans relegatione*, aut aliâ pœnâ punitur. *Anton. Faber hoc Tit. defn. 3.* si verò ipsa hoc crimen admiserit parem cum marito sustinet pœnam. Servi deferentes hoc crimen libertate donantur *Perez, h. t. n. 8.*

#### XLIX.

Ultimam manum imponat crimen atrox Blasphemix, quæ est dictum contumeliosum in Majestatem divinam. *Petr. Theodor. coll. Crimin. disp. 8. th. 8. Lit. B.* ob quod DEUS severissimè homines punivit, & integra regna delevit, in aliumque transtulit *Nov. 77. c. 1.* illam audientes, & non indicantes Magistratibus certam pœnam pecuniariam expectare debent *R. 7. d. A. 1595. sub tit. Königl. Satzungen von Go reslästerungen / vel corporalem, carceris, vel aliam pro locorum diversâ consuetudine.* Item requisiti, & examinati, & tamen non detegentes *R. 7. A. 1548. tit. von den Gotteslästern* vel qui blasphematores scienter recipiunt, illosque aliter promovent. *Vers. welche auch hierüber;* Etiam magistratus tales, corrupti forsitan muneribus, non punientes.

#### XLIX.

Ultimò uon gratis annectitur quæstio: si sententia lata fuerit in aliquo crimine, an tantum præsentis complices illa obliget, an etiam cæteris congregalibus absentibus illa feratur? Et Resp. istam facere Jus quoad omnes, præjudicare quoque



quoque non vocatis, nisi tamen intervenerit aliqua collusio  
aut quis habuerit causam ignorantia, vel nova supervene-  
rint indicia. Alias non debet de eodem delicto pluri-  
es quari, quando scilicet agitur ad eundem finem, si non ad  
eundem, secus erit *c. fin. x. d. rejudicat* si verò plures commi-  
serint, quæritur: an absolutio unius Complicis etiam profit  
aliis, condemnatioque noceat? *Neg. arg. l. 3. C. quib. res. jud.*  
*non noc. l. 7. §. 2. ff. de accusat.* cum non sit novum, ex duo-  
bus ejusdem delicti reis alterum condemnari, alterum ab-  
solvi. *sic in L. Jul. d. adult.* contingit, ut damnato  
adultero integra maneat defensio adulteræ *l. 17.*

*§. 6. ff. ad L. Jul. d. adult. Gomez. 3. reso-*  
*lut. 1. n. 88.*

Et tantum hoc loco dixisse sufficiat,

DEO SIT LAUS, HONOR,  
ET GLORIA.



CO



## COROLLARIA

I.

**V**asallus Feudum civiliter non possidet.

2.

Per servum hereditarium, jacente adhuc hereditate, quod ejusdem hereditatis est, non potest heredi acquiri.

3.

Rerum hereditariarum possessio desiderat apprehensionem naturalem.

4.

Extra causam peculiarem possessio Dominis ignorantibus per servum non acquiritur.

5.

Fines mandati excedens non habet actionem negotiorum gestorum.

6.

Delictum licet verum sit, animo tamen injuriandi pro palatum, pœnam meretur injuriarum.

7.

Furtum quoad suam formam consistit in contrectatione, non solo lucrando animo, vel insiciatione.

8.

Etiam fœmina possunt virum rapere, & ob id pœnâ raptu pœniri.

9.


Regulariter in criminibus, & judiciis publicis aetatis suffragio non juvantur minores.

## FINIS.



ULB Halle  
005 132 592

3




VD 17











B.I.G.

Farbkarte #13

~~XXVI.~~ 1663, 7

4.

INAUGURALIS  
DICA  
DE  
OMPLI-  
DELICTIS.

7

uam  
D. M. A.  
& Suffragio  
s. Jctorum Ordinis  
hâc Salanâ (4)

SIDE  
onsultissimo, & Excellentissimo  
NE CHRISTO.  
J.U.D. & Prof. Publ.  
Sax. Facultatis Juridicæ  
fessore meritissimo.  
tore suo omni honoris cultu  
prosequendo.

CENTIA  
e Doctoratus gradum, ejus-  
ivilegia, & Insignia ritè  
fendi  
m censura submittit.  
Subrman / Haynoviâ Siles.  
rio Juridico  
oris ante & pomeridianis.

RG I SENGENVVALDI  
M. DC. LXIII.

*Handwritten notes:*  
Ses: F  
Ludwig...  
...

